

dentina Synodus illos in canone retulit. Nam quod in canone Judæorum non fuerit, argumentum non est non fuisse afflati Spiritu Sancto conscriptos; tum quia longo tempore extra canonem fuisse plures ex iis, qui in Canone Judæorum reperiuntur, ut supra ostendimus; tum etiam quia nonnulli sacri libri perierunt, ut ostendit Ferraris in superiori articulo. Ergo si aliunde Ecclesie constet divinitus hujusmodi libros fuisse conscriptos, jure atque merito in canone referuntur. Id vero constat, tum ex eo, quod apud Ellenistas Judæos in maxima veneratione essent; tum ex divina quam complectuntur doctrina; tum denique quia Ecclesia christiana per divinam traditionem accepit fuisse libros illos inspirante Sancto Spiritu exaratos. Nam semper in maxima veneratione habiti sunt in Ecclesia Christi, quæ dum in canone repositi omnes Novi Testamenti libros, etiam libros hujusmodi in canone collocavit. Scilicet in canone Hippo-nensis Concilii anno 393. celebrati omnes isti libri recensentur: Hippo-nensis canon transcriptus fuit in Concilio Carthaginensi III. anno 395. in quo Patres consensu censuerunt transmarinam, hoc est, Romanam Ecclesiam; quæ eisdem libros probavit: Nam Innocentius primus in Epistola ad Exuperium Tolosanum Episcopum numerat omnes libros sacros, qui in canone ab Africanis Patri-bus recepti fuerunt: Et Africanus PP. in altero anno 319. celebrato Concilio eundem canonem comprobant. Si alia cupis antiqua monumenta, quibus divinos esse hujusmodi libros comprobatur, consule eruditam dissertationem editam à P. Joanne Chrysostomo à S. Joseph de canone scripturarum divinarum. Ex quo constat jure meritoque Eugenium IV. in instructione pro Armenis, & Concilium Florentinum in decreto edito pro Jacobitis, quod includit etiam decreta pro Armenis, & Græcis, §. Firmissime, Syllabum exhibere sacrorum librorum, quem deinceps probavit Tridentina Synodus.

XV. Neque alicujus momenti est Novatorum ob-jectio ex eo depremissa, quod hujusmodi libros Judæi non retulerint in canonem: Tum quia id Judæorum negli-gentiæ tribui potest, quorum incuria nonnulli sacri li-bri perierunt. Tum etiam quia rationes non desunt, ob quas extra canonem hujusmodi libri essent. Nam libri Machabæorum, & Ecclesiastici, scripti fuisse post con-fectum ab Esdra canonem: hujusmodi enim libri regnan-ibus Græcis conscripti fuisse, ideoque clauso jam cano-ne. Quod vero spectat ad libros Tobie, & Judith, di-ci potest, vel hos Esdras ignorasse, vel in canone non collocasse, quia non erant scripti hebraica lingua, qua Deus Judæos allocutus fuerat; sed chaldaica. Idem di-cimus de libro Sapientiæ, qui continet sententias Salo-monis, græce tamen scriptas à Philone antiquiore, quem ferunt unum fuisse ex 70. Interpretibus. Et licet Ecce-siasticus, & primus Machabæorum perhibeantur hebraice scripti; tamen constat originale textus perisse, & græca tantum exemplaria superesse. Vide Nat. Alex. Huet. Dupin. Mazzinel. aliosque.

XVI. Circa versiones sacræ scripturæ, vide citatos Auctores: Nos enim hic de sola scriptura in lingua ver-nacula nonnulla subjiciemus, ac postea regulas sub-nectemus, pro vero dignoscendo scripturæ sensu. Habes in superiori articulo relatas Indices, & damnatas hac de re ab Apostolica Sede propositiones. Ut autem appareat quenam mens sit Apostolicæ Sedis, exhibeo decretum Sac. Congregat. Ind. 13. Junii 1757. prout legitur in nova editione Indicis librorum prohibitorum pag. 6. in additione ad Regulam IV. "Quod si hujusmodi bibliorum versiones vulgari lingua fuerint ab Apostolica Sede approbata, aut editæ, cum anno-tationibus desumptis ex Sanctis Ecclesiæ Patribus, vel ex doctis, catholicisque viris, conceduntur." Vides ergo, qua ratione legi non possit sacra scriptura in lin-gua vulgari: atque hinc intellige, quo in sensu dam-natæ sint Quænellii propositiones. In illis enim statuit omnibus necessariam, & præceptam esse lectionem sacr. script. & Ecclesiam reprehendit, quæ justis de causis promiscuam lectionem in lingua vulgari interdi-

xit. Addi quoque potest, in Gallia, in Germania, in Britannia, ac in Polonia pluries prodisse biblia in lingua vernacula, ac tolerata fuisse ab Apostolica Se-de promiscuam eorum lectionem, ex quo apparet, Apostolicam Sedem, remotis illis causis, ob quas juste interdixit lectionem sacræ scripturæ in lingua vulgari, hujusmodi lectionem permittere.

XVII. Venio ad regulas, quarum usu investi-gari, erui, & dignosci possit verus sacræ scripturæ sensus. 1. Ad sacræ scripturæ lectionem nemo accedat, animo curioso, critico, aut superbo; sed religioso, sub-misso, ac docili, qui unico veritatis detegendæ, ac ob-tinendæ salutis studio feratur. 2. Intelligentia scripturæ, quantum fieri potest, ex ipsa sacræ scriptura repetenda est, loca cum locis, vetus Testamentum cum novo, & obscura cum manifestis conferendo: ac præterea recur-rendum est ad antiquos Ecclesiæ Patres, qui verum di-vinæ revelationis sensum ab Apostolis, aliisque viris di-vino Spiritu afflatis per traditionem acceperunt. 3. Tra-dita est ab Origine in Evangel. Joannis per hæc verba: "Qui accurate scripturam legere voluerit, diligentiam is adhibeat, oportet, observare necessarium cum sit, quæ dicuntur, à quibus, quo tempore, ut per tota sanctos libros inveniamus personis apte tributum ser-mone." 4. A literali scripturæ sensu non est recedendum, nisi ratio, & evidens causa moveat; alioquin actum esset de scripturis, & cuique fas esset à proprio, & naturali sensu ad figuratum, & allegori-cum scripturam detorque. 5. In allegoria, inquit S. Augustinus in Psalm. 8. hæc regula retinenda est, ut pro sententia præsentis loci consideretur, quod per similitu-dinem dicitur. 6. Ab eodem S. Doctore præscribitur lib. 3. de Doct. Christ. cap. 10. Quidquid in sermone divino, neque ad morum honestatem, neque ad fidei veritatem proprie referri potest, figuratum esse cognoscat. 7. Interpretandam esse communi sanctorum Patrum sensu, ut inquit Tridentina Synodus, quæ monet etiam reprimendam illorum temeritatem esse, quæ ad profana quæque convertuntur, & torquentur verba, & sententia sacræ scripturæ; ad scurrilia scilicet, vana, fabulosa, adulationes, detractiones, divinationes, sortes, libellos etiam famosos. 8. Ex sensu accommodato firmum desumi non potest argumentum ad probanda dogmata fidei, & morum, quia talis sensus non est Spiritus Sancti, sed hominis, nec scripturæ verbis immediate, vel media-te exprimitur: At ex sensu literali, & mystico desummi optime potest; cum hoc tamen discrimine, quod ex sensu literali semper, & in quolibet casu firmum ar-gumentum sumitur, ex mystico vero sensu tunc tan-tum, cum talis sensus asseritur ab aliquo sacro scrip-tore, & ab idoneo interprete sacrarum scripturarum: Interpres vero ac legitimus scripturarum Juxta Ec-clesiam existit, cui concedita sunt eloquia Dei; su-prema vero potestas cum inerrantia privilegio est in Romano Pontifice Petri successore, qui ut Christi Vi-carius sustentat, & ita regit Ecclesiam, ut nunquam portæ inferi adversus ipsam prævalere possint. Omisi-mus uberiorem disputationem de versionibus sacrarum scripturarum, quia de his satis à Lucio dictum est. Quod vero spectat ad Ecclesiæ auctoritatem, cujus judicio in-terpretari scriptura, & scripturæ Canon confici debet, vide quæ diximus in art. de Ecclesia, de Rom. Pontif. & de Relig. nat. & revel.

SCRIPTURÆ, SEU INSTRUMENTA.

SUMMARIUM.

1. Quæ species sint scripturæ: publicæ, & privatæ: ad quæ privatæ reducuntur, & ex istis quales au-thenticæ, seu non authenticæ: quomodo probationem efficiant, & quomodo probanda, ad n. 39.

2. Instrumentum unde dicitur: quid sit proprie sumptum: dividitur in publicum & privatum: illud quid sit, à quo faciendum, ad n. 45.

Pri-

46. Privatam quid sit: publicam duplex est: definitur, protocollum: transumptum, Originale, & exemplum in authenticum, & non authenticum, & quid sit utrumque, ad num. 55.

47. Plures solemnitates ad instrumentum publicum manu Notarii conficiendum requiruntur, & quas vires hoc habeat, demonstratur, ad num. 73.

74. Quæ solemnitates requiruntur, mortuo ante perfec-tionem instrumenti Notario, qui ad par-tium petitionem protocollum fecit, ut plena sit ejus fides ac si à priore Notario esset absolutum, ad num. 80.

81. Quæ necessario ut transumpta seu exemplaria vim eandem probandi habeant ac Originaria, proponuntur, ad num. 85.

86. Quando invicem Actor & Reus edere instrumenta te-neantur: quid si sint communia: quomodo probationem efficiant instrumenta inter se contraria: quid si in lo-co suspecto rasura sit facta: quomodo procedendum si fuerit deperditum, ad num. 95.

96. Quas penas incurvant scripturas falsificantes: à Can-cellario Episcopi confecta ubi asserenda: ut exhibeantur in Cancellaria, potest Episcopus præcipere, instrumenta, ad monasteria Monialium spectantia, ad num. 98.

99. Ecclesiastici non possunt cogi ad faciendam insinua-tionem in Cancellaria laicali instrumentorum dota-lium, Monialium, Patrimoniorum & varia sumario referuntur, ad num. 108.

109. Novæ additiones inseruntur, ad num. 134.

1. Scripturæ aliæ sunt publicæ, & aliæ privatæ. Scripturæ publicæ generatim dicuntur omnes illæ, quæ publi-cam habent auctoritatem. Scripturæ privatæ è contra dicuntur illæ, quæ à privatis personis fiunt, nec aliàs publicam obtinent auctoritatem; Sic in re communis Do-ctorem, arg. cap. Si scripturam 1. c. Scripta vero 2. cap. Imputari 13. & cap. Si cautio 14. de fide instrumenti, cum similibus, Authent. Ad hæc de iis, Cod. de fide in-strumenti, cum similibus.

2. Scripturæ publicæ, pro quibus ordinariè intelligun-tur Instrumenta publica, sunt illæ, quæ per manum pub-licam, seu à publico Notario legitime, & cum debitis solemnitatibus confectæ sunt; Authent. de Instru-mento, cautio, & fide §. Sed etsi Collat. 6. cap. Scripta vero 2. de fide instrumenti, cum similibus. Sed de his infra.

3. Scripturæ privatæ reducuntur ad tres species: quarum prima vocatur *apocha*, quæ alio nomine appellatur *chirographum*, & complectitur sub se *antapocham* & *tyngrapham*. Secunda dicitur *liber rationum*, & tertia *epistola*. Sic Bartolus in Authent. At si contractus §. Ut igitur Cod. de fide instrumenti. Jason in Repeit. leg. Ad-mo-nendi n. 87. ff. de Jurjur. Mascard. de probationib. quart. 6. num. 26. & alii passim.

4. *Apocha* proprie accepta, est scriptura, seu chirogra-phem Creditoris contentis de recepta à debitore re sibi debita. Et hæc alio nomine vocatur *Quietantia*, de qua fit mentio in lib. Plures 19. Cod. de fide instru-menti. Et Glossa *ibid. verb.* Apochis: sic expresse dicit: "Apocha est de receptis, puta, Confiteor me recepisse tantum, & à creditore fit, & datur debitori."

5. *Antapocha* è contra est de solutis seu datis, & non de receptis uti *apocha*. Est sic *antapocha* est scrip-tura debitoris contentis se tantum, vel tantum solvis-se nomine annui v. gr. census, pensionis, & de hac fit etiam mentio in cit. l. Plures 19. Cod. de fide instru-menti cit. Glossa *ibid.*

6. *Syngrapha* latino conscriptio est scriptura, seu sche-dula, quæ in alicujus rei fidem à pluribus describitur, & utriusque partibus tradi solet. Calvinus in suo magno lexico Juridico tom. 2. verb. Syngrapha: ubi insu-per addit, quod in hoc syngrapha differunt à tabulis, quod tabulæ ab una parte tantum servari consueverunt.

7. *Liber rationum* est scriptura privata, quam quilibet sua sponte de datis, & acceptis sibi conficit; arg. l.

Si quis ex argentiis, §. Rationem, ff. de Edendo, juncta Glossa *ibid.*

Epistola est scriptura privata, quam quis alicui 8 absentem dirigit, seu mittit; Communis.

Scriptura privata alia est *authentica*, & alia non *authen-tica*. Scriptura privata *authentica* est illa, quæ licet originaliter sit privata, aliquibus tamen adminiculis, seu supplementis, ac modis roboratur, & auctorizatur, adeo ut plenam fidem faciat in Judicio. Scriptura *privata non authentica* contra est illa, quæ caret omnibus simili-bus adminiculis, supplementis, ac modis, sicque plenam fidem, ac perfectam probationem non facit; Sic in re Communis Doctorem.

Scriptura privata auctorizatur, seu redditur *authen-tica* pluribus modis. Et signanter redditur *authentica* per subscriptionem propriæ manus, ac trium testium, adhuc viventium probatæ fidei, de bona fama. Tali enim solemnitas dat vires publici, & authentici instrumenti; leg. Scripturas, Cod. qui postores in pig-nore, juncta Glossa *ibidem* in fine, tradente hos vul-gares versiculos.

Cautio privata jam trino teste notata, Hoc Jus est nata, quod cautio publice facta.

Dicitur autem notanter *trium testium adhuc viven-tium*, quia scriptura privata mortuis testibus subscriptis non facit amplius plenam fidem, nisi fuerit etiam subscri-pta per Notarium, aut sigillo authentico munita; cap. Scripta 2. de fide instrumenti. ibi: "Scripta vero *authentica*, si testes inscripti decederint (nisi per manum publicam facta fuerint, ita quod appareant *publica*, aut authenticum sigillum habuerint, per quod possit probari) non videntur nobis alicujus fidei mitatis robor habere." Et ibi Glossa, & summario, ac Doctores communiter. Et concordat: "Authent. seu *Novella* 73. tit. 2. cap. Si vero moriantur omnes testes 7. Collat. 6."

Item scriptura privata *authenticatur* per appositio-nem sigilli authentici majoris magistratus ut Episcopi, Capituli, Principis, Civitatis, Judicis, seu illius, cujus officium est in illo loco publicis sigillationibus præsee, textu expresso in cit. cap. Scripta 2. de fide instrum. ibi: *Nisi authenticum sigillum habuerint, & Glossa ibid. verb.* Authent. & Doctores communiter.

Item scriptura privata *authenticatur* per subscriptio-nem factam manu publici Notarii, textu expresso, in cit. cap. Scripta, ibi: *Nisi per manum publicam facta fuerint*: secus autem si dictam scripturam conficit, aut subscripsit Notarius, non ut Tabelio, seu ut persona publica, sed ut aliqua alia persona privata; tunc enim scriptura illa non acquireret majorem auctoritatem, quam si fuisset confecta, aut subscripta à qualibet alia persona privata. Pax Jordan. tom. 3. tit. de fide instrum. num. 6. allegans Rotam decis. 139. num. 4. part. 2. no-vis. Baldus in cap. Scripta numer. 5. vers. Sed ponet: Felin. *ibid.* num. 2. Mascard. de probation. conclus. 131. num. 9. & alii passim.

Item scriptura privata *authenticatur* ratione archivii publici; pro *authentica* enim habetur scriptura illa, quæ reperitur fideliter custodia in archivio publico, seu in loco, ubi solent reponi, & custodiri scripturæ publicæ; arg. leg. Census ff. de probat. Authent. Ad hæc, Cod. de fide instrum. cap. Ad audientiam 13. §. Nos igitur, de præscriptione. Pax Jordan. loc. cit. num. 11. Abbas in cit. cap. Scripta num. 6. Reiffenstuel loc. cit. n. 150. & 251. & alii.

Item scriptura privata *authenticatur* per ejus con-fec-tionem secundum morem, & consuetudinem regio-nis; consuetudo enim habet vim redendi *authenticam* scripturam, quæ aliàs non esset talis; argum. cap. Cum tanto 22. de consuetudine, cap. Cum dilectus 9. de fide instrumentorum, ibi: *Respondemus, quod si consuetudo illius patriæ obtinet approbata, ut instrumentis illius Regis fides adhibeatur, vos ea secure poteritis admittere*, juncto ejus summario, in quo sic expresse dicitur *Consuetudo loci facit instrumentum Authenticum*. Glossa *ibi-*

ibidem verb. Approbata, Felinus *ibid.* num. 35. Abbas num. 5. & cap. Cum Innocentio, & Hostiensi à se citatis, Pax Jord. loc. cit. n. 8. Reiffenstuel loc. cit. n. 253. & seq. & alii passim.

166 Scriptura privata, v. gr. Apocha, Antapocha, Syngrapha, Epistola, quando negatur esse illius, contra quem producitur, nihil probat, donec oppositum per producentem validis documentis ostendatur. Communis, textu expresso in l. Instrumenta 5. Cod. de probat. ibi: Instrumenta domestica, seu privata testatio, seu adnotatio, si non aliis quoque adminiculis adjuventur, ad probationem sola non sufficiunt; Et concordat textus in cit. cap. Scripta 2. de fide instrumentor. ubi Summus Pontifex Alexander III. de similibus scripturis privatis expressè dicit: Non videtur nobis alicujus firmitatis robur habere.

17 Scripturam autem privatam manu cujuspiam fuisse scriptam, vel de ejus voluntate, seu mandato fuisse ab alio conscriptam seu subscriptam, potest probari per appositionem ipsius proprii sigilli: Appositio enim proprii sigilli denotat consensum, & ratihabitionem; arg. leg. Fidejussor 26. §. 1. ff. de pignoriis, Mascard. de probat. concl. 330. num. 10. & conclus. 301. num. 26. Romanus consil. 303. Reiffenstuel loc. citat. num. 160. & alii.

18 Dummodo tamen dolus in appositione sigilli non intervenerit, quia eo ostenso, sigillum nihil probaret, cum fraus & dolus nemini debeant patrocinium impartiri, cap. Tuæ 12. de Clericis non resid. cap. Ex literis 2. de dolo, & contumac. cap. Sedes 15. & c. Ex tenore 16. de Rescriptis, l. In fundo, ff. de rei vindicac. l. Cum his, ff. de transacionib. l. Si Legatarius, Cod. de legatis, cum similibus. Et id habetur in variis secutis casibus, & signanter in cap. Tertio loco 5. de prob. ubi sigillum Capituli future appositum cuiuspiam instrumento nihil probavit, & in l. Distrahente, Cod. de rebus alienis non alienandis, ubi sigillum uxoris fraudulenter appositum à marito cuidam Instrumento venditionis rei dictæ suæ uxoris, nihil ipsi præjudicavit, & sic de aliis.

19 Item scripturam propria manu, vel de voluntate cujuspiam fuisse scriptam, probari potest per testes, qui præsentés fuerint, quando pars nunc negans suam scripturam, ipsam scribebat, vel de expressa sua voluntate, & mandato ab alio scribebatur; Bartolus in leg. Admonendi, num. 26. ff. de Jurejurando, Jason. in repetit. cit. leg. Admonendi, num. 88. Mascard. de probat. concl. 110. n. 1. cum aliis à se ibi citatis, Reiffenstuel loc. cit. num. 162. & alii.

20 Item scripturam fuisse ab aliquo scriptam probari potest per comparationem aliarum scripturarum, seu literarum ab eodem scriptarum; et si tales scripturæ seu literæ non habeantur, tunc negans scripturam sua manu scriptam, cogi potest ad scribendum, ut inde fieri possit comparatio literarum. Sic desumitur ex l. Comparationes literarum 20. Cod. de fide instrum. Et notat Menochius lib. 2. de Arbitr. Judic. cas. 114. n. 11. & 12. cum aliis ibi à se citatis, Reiffenstuel loc. cit. num. 165. & alii.

21 Verum comparatio literarum est valde periculosa probatio: Non pauci enim reperiuntur, qui alterius manum ita imitantur, ac fingunt, ut ipsissima alterius scriptura esse censentur, & varios tales se vidisse referunt Marsilius in Rubr. Cod. de prob. num. 318. Mascardus de prob. concl. 330. num. 1. Zasius lib. 1. sing. resp. cap. 15. & alii, & de facto non semel adhuc in dies tales similes reperiuntur. Immo Cardinalis Cevæ Testamentum ab ipso merito perito, qui illud exemplaverat, non fuit recognitum, dum accepto exemplatum, & imitatum pro vero Testamento, quod notandum est ad effectum parum fidendi simili modo recognoscendi, ut advertit Ansaldo, in Addit. ad decis. 22. num. 33. & refert, ac notat Ursaya in Miscellaneo Sacr. & profano, part. 1. lit. C, num. 128.

22 Hinc comparatio literarum de se sola non sufficit ad plene probandum scripturam manu cujuspiam esse factam, sed ad id requiruntur una simul alia adminicula, ut proprii scriptionis sigilli appositio, subscriptio Tes-

tium, aut horum attestatio, quod ipsimet viderint scripturam illam à tali fuisse factam tali die, taliq; loco. Authentice, seu Novell. 73. cap. Si quis 1. de Instrument. cautela, & fide Collation. 6. Glossa in Auth. Ar. si contractus, verb. Soti; & ibi Bartolus Cod. de fide instrum. Mascard. cit. concl. 330. num. 1. & seq. Menochius cit. cas. 114. per totum. Reiffenstuel loc. cit. num. 167. & alii. Unde cautissime debent quod hoc procedere Judices rite ac mature omnia examinando, & adhibendo alios in arte peritos: Ut enim advertitur in Authent. seu Novella 73. in Prefatione de Instrument. cautela, & fide, ejusdemmet hominis scripta per vite decursum solent mutari, cum non ita quis scribat juvenis, & robustus, ac senex, & forte tremens, & sæpe etiam languor literarum dissimilitudinem inducat, & calami atque atramentis immutatio similitudinis literarum per omnia auferat puritatem, ibi: "Literarum dissimilitudinem sæpe quidem tempus facit, non enim ita quis scribit juvenis, & robustus, ac senex, & forte tremens: sæpe autem, & languor hoc facit, & quidem hoc dicitur, quando calami, & atramenti immutatio similitudinis per omnia auferat puritatem."

Scriptura privata confessata regulariter probat plene contra scribentem, l. Publica Mævia 26. §. fin. ff. Depositi, l. Vice Donatricis 20. Cod. de donat. & l. Generaliter 13. Cod. de non numerat. pecun. Nulla enim datur major probatio, quam ea quæ fit ex propriis oris confessione, ut tenet Communis Doctorum cum Rota part. 9. tom. 1. dec. 98. num. 4. per text. in cap. Per tuas 10. de probat. l. Cum te, Cod. de transact. l. Generaliter, Cod. de non numerat. pecun.

Dicitur notanter Regulariter, quia scriptura privata confessata in aliquibus casibus non probat plene, & signanter in scriptura privata, seu cautione, quæ continet quidem debitum, sed non exprimit causam debiti. In tali enim casu, si debitor neget se revera debere id, quod in tali scriptura continetur, allegando quod dicta cautio indebite exposita, seu data fuerit, nulla inde actio, seu obligatio oritur in foro externo, tunc ecclesiastico, quàm civilis, sed necesse est quod Actor aliunde probet id quod in dicta scriptura continetur, sibi revera deberi ex tali, vel tali causa. Communis per textum expressum in l. Cum de indebito 25. §. 4. ff. de prob. & cap. Si cautio 14. de fide instrument. ibi: "Si cautio, quam à te indebite proponis expositam, indeterminate loquatur, adversarius tuus tenetur ostendere debitum, quod continetur in ea."

Item scriptura privata plene non probat contra scribentem, si ipse scribens in scriptura fateatur quidem se accepisse pecuniam ab alio sibi mutuatum, at revera ipsam non receperit, prout sæpe fieri solet, ut hæ apocha dentur, vel mittantur ante receptionem pecunie, quam quis petit mutuam: tunc enim, si debitor intra biennium à die datæ apochæ, seu chirographi opposuerit, tenetur Creditor ipse probare numerationem, & consignationem pecunie revera fuisse factam dicto Debitori. Communis per text. in l. In contractibus, & tot. titul. Cod. de non numerat. pecunia. Sicuti pariter in dote statutum est, ut marito intra biennium concedatur exceptio non numeratæ dotis; cit. l. In Contractibus, §. fin. Cod. de non numerat. pecun. ibi: Que etiam in exceptione non numeratæ dotis locum habere certum est.

Scriptura privata non probat regulariter in commodum scribentis, textu expresso in l. Exemplo 7. Cod. de prob. l. Inter Cartulas 5. Cod. de convenientiis Fisci debitor. Et Glossa communiter recepta in cap. Scripta 2. verb. Authentica, de fide instrum.

Dicitur autem notanter Regulariter, quia dantur aliqui casus, in quibus scriptura privata probat etiam in commodum scribentis, & signanter, quando est subscripta à partibus, simulque à tribus testibus; in tali enim casu, si testes adhuc vivant, & scripturam recognoscant, habetur plena probatio in commodum scribentis. Colligitur clare argumento à sensu contrario desumpto ex cap. Scripta 2. de fide instrument. & tenet Communis Doctorum, per text. in leg. Scriptur-

ras 11. Cod. Qui potiores in pignore habentur. Item Et si testes jam fuerint mortui, scriptura subscripta à partibus facit magnam præsumptionem in commodum scribentis, seu subscriptis contra alteram partem subscriptentem. Et si non negetur subscriptio ab altera parte, etiam plene probat, arg. cit. leg. Scripturas 11. Cod. Qui potiores in pignore habentur; Masc. De prob. conclus. 1301. Bartolus in Auth. Ar. si contractus, Cod. de fide instrum. Speculator tit. de instrum. edit. §. Nunc dicendum, num. 7. Reiffenstuel loc. cit. num. 186. & seq. Et quod scriptura privata plene probet in commodum scribentis, seu subscriptis contra alteram partem cognoscentem, & confitentem talem suam subscriptionem, habetur ex leg. Publica Mævia 26. §. final. ff. Depositi, leg. Vice Donatricis 20. Cod. de donat. & leg. Generaliter 13. Cod. de non numerat. pecunia.

Item scriptura privata plene probat in commodum scribentis, quando aliunde est authentica, vel per appositionem sigilli authentici majoris Magistratus, vel per subscriptionem publici Notarii, vel per assertionem in publico archivio, vel per ejus confectionem secundum morem, & consuetudinem regionis; ex dictis, & Juribus adductis supra num. 12. 13. 14. & 15.

Libri rationum usitati inter mercatores, tutores, curatores, ac alios rerum alienarum gestores, seu administratores, regulariter plene non probant in commodum scribentis, bene tamen in præjudicium ipsius, seu contra ipsum. Glossa communiter recepta in Clementin. unic. §. Ceterum, verb. Rationum de Usuris; Et alia Glossa in leg. Quædam §. Nummularios, verb. Decernitur ff. de Edendo, Mascard. de probat. conclus. 977. num. 1. & Communis aliorum, per text. in leg. Exemplo 7. Cod. de probat. leg. Inter Cartulas 5. Cod. de convenientiis Fisci Debitoribus; Libri enim rationum non sunt nisi scripturæ privatæ, adeoque sicuti scripturæ privatæ non probant regulariter in commodum scribentium, ex dictis supra num. 27. ita neque libri rationum; aliàs si libri rationum plene probarent in commodum scribentium, daretur nimis facilis ansa delinquendi; tum quia instrumenta quoque Notariorum, non obstante eorum fides sit publica auctoritate comprobata, adhuc tamen non probant in commodum, seu favorem scribentis; leg. Div. Claudius 26. ff. ad leg. Cornelia de fals. leg. Quæ in Testament. 4. §. leg. Quod adhibitus 5. Cod. de his, qui sibi adscribunt de testament.

Secunda autem pars conclusionis, scilicet, quod libri rationum probent in præjudicium scribentis, seu contra ipsum, colligitur ex cap. Mævia 16. §. final. ff. Depositi, leg. Vice Donatricis 20. Cod. de donat. & l. Generaliter 13. Cod. de non numerat. pecunia: Libri enim rationum habentur tamquam scripturæ privatæ confessatæ, adeoque de ipsis libris discurrendum est, ac de dictis scripturis privatis confessatis, ut sup. num. 23. Sive tales libri rationum sint scripti propria sua manu sive manu alterius de ejus voluntate, & mandato, cum paria censeantur per se subscribere, vel alium subscribere vice ipsius; l. Vice Donatricis 20. Cod. de donat. & c. Qui facit per alium 72. de Reg. Jur. in 6. (Lit. F, pag. 6. num. 43. lex 114. tit. 18. part. 3.) Cum enim Mercatores, alique dicti num. antecedenti tales libros retineant ut suos, iisque utantur ut suis, quidquid reperitur in ipsis scriptum, præsumitur scriptum, vel manu sua, vel ab alio de ejus voluntate, & mandato, nisi evidenter contrarium probetur. Mascard. de probat. conclus. 978. num. 9. Jason in Repetit. leg. Admonendi num. 112. ff. de Jurejurand. Alexander cons. 245. n. 1. & seq. lib. 6. conclusus, quod libro creditoris etiam privato, in quo continetur solutio debiti, danda est plena fides contra ipsum Creditorem, leg. Quædam 9. §. 2. ff. de Edendo, & ibid. Glossa magna & Doctores passim.

Dicitur autem notanter Regulariter, quia dantur aliqui casus, in quibus libri rationum probant etiam in commodum, seu favorem scribentis, vel suorum hæredum: Et signanter, si adest statutum, seu lex specialis,

aut legitima specialis consuetudo, quod libris rationum, verb. grat. Mercatorum deur plena fides in favorem scribentis, arg. cit. leg. Quædam 9. §. 2. ff. de Edendo, c. Cum dilectus 8. & c. Cum tanto 11. de consuetudine; Sic Jason cit. Repet. leg. Admonendi, n. 120. ff. de Jurejurando allegans Paulum de Castro ibid. col. penult. Baldum, & Alexandrum in dict. leg. Quidam §. 2. cum aliis, Cravetta tractatum tom. 17. tract. de antiq. tempor. §. Vidimus & abunde num. 2. & seq. Reiffenstuel loc. cit. num. 202. & alii referentes plurimos in locis vigere talem consuetudinem inter Mercatores, quod eorum libris deur fides etiam in suum favorem, nisi manifeste convincatur de falsitate.

Item liber rationum defuncti optima probitatis, & famæ facit pro hærede non solum præsumptionem, sed etiam semiplenam probationem: Non enim credibile est quod vir talis probitatis, & famæ, in periculo mortis aut scribat librum falsum, aut eum falsa contententem relinquat. Sic Jason citat. Repetit. leg. Admonendi num. 120. post Paulum de Castro ibid. coll. ultim. ff. de Jurejurando, Sigismund. Scaccia l. 2. de Judic. cap. 11. num. 261. Mascard. de probat. concl. 977. n. 2. & 6. Reiffenstuel loc. cit. num. 106. & alii.

De se solo tamen liber rationum defuncti non facit plenam probationem, textu expresso in l. Rationes 6. Cod. de probat. ibi: "Rationes defuncti, quæ in bonis ejus invenientur, ad probationem sibi debita quantitas solas sufficere non posse, sæpe rescriptum est." Plenam autem probationem facit, si concurrant alia adminicula, arg. l. Instrumenta 5. & cit. l. Rationes 6. Cod. de probat. in quarum prima lege cum dicitur: Ad probationem sola non sufficiunt, & in secunda: solas sufficere non posse, ponderando ly sola, & solas, denotatur posse sufficere cum adminiculis. Sic Bartolus in l. Admonendi num. 27. ff. de Jurejurand. Abbas in cap. Scripta 2. num. 9. de fide instrum. Mascard. cit. conclus. 977. num. 8. Genova de scriptura privata lib. 4. tit. 1. seu de libris rationum num. 24. Reiffenstuel loc. cit. num. 107. & alii.

Item in favorem scribentis probat liber rationum tutoris, curatoris, mercatoris, seu alterius administratoris viventis, taliq; libro, prævio dicti scribentis juramento, statur in parvis, ac verisimilibus summis; dummodo ille sit vir legalis, ac fide dignus. Ita Jason loc. cit. num. 126. Ancharanus consil. 44. num. 6. Abbas in cap. Bone memorie 4. num. 30. de postulat. Prælat. Mascard. cit. conclus. 977. num. 13. & 58. Reiffenstuel loc. cit. num. 208. & alii. Cum enim sit communiter approbatus illorum officium, debet esse etiam communiter approbatus liber suarum rationum ad probandum saltem in parvis, ac verisimilibus summis, tam pro se, quàm contra se; aliàs negligenter talia munia, & officia cum non parvo reipublica detrimento, si solum contra se, & non pro se probaret liber suarum rationum.

Secus autem dicendum est in magnis summis grave præjudicium tertio inferentibus, nisi concurrant legitime probationes, vel sufficientia adminicula, ut verb. grat. Legalitas conscribentis librum rationum, solennis forma confectionis talis libri contententis simul data, & accepta, additio in eo causæ propter quam sit quid acceptum, & quid expensum, appositio in ipso anni, mensis, & diei, prout solet fieri in diariis, & hujusmodi. Communis, arg. l. Instrumenta domestica 5. l. Rationes 6. & leg. Exemplo 7. Cod. de probat. cum similibus.

Quæ autem dicenda sit summa parva, aut magna, relinquatur arbitrio Judicis, qui istud debet judicare attentis & bene perpensis omnibus circumstantiis rerum, personarum, locorum, & temporum; arg. l. Sed & si 52. §. 2. ff. de iudicis, cum similibus.

Instrumentum sic dictum ab instruendo secundum Abbatem ad Rubr. de fide Instrumentorum, & alios, communiter proprie sumptum, ut scriptura est, definitur, Commentarius, sive Descriptio eorum, quæ inter passiventes, vel contrahentes, placita sunt, ac conventa. Calvynus in suo magno lexico t. 1. verb. Instrumentum. Et

42 Et instrumentum hoc modo captum aliud est publicum & aliud privatum, ut patet ex cap. Scripta 2. cap. Imperatoris 13. & cap. Si cautio 14. de fide instrumenti.

43 Instrumentum publicum est scriptura publica auctoritate, sive à publica persona legitime, & cum debitis solemnitatibus confecta, sive in iudicio, sive extra iudicium. Est in re Communis, patetque ex dictis supra num. 2. Pro persona publica venit hic Tabellio, sive Notarius iuxta l. Orphanotrophos iuncta Glossa verba. Alia Tabulario Cod. de Episcopis, & Clericis, & cap. Cum P. Tabellio 15. de fide instrumenti. Qui & servus publicus appellatur, quia publicum officium exercet, l. Si pupillus 2. ff. Rem pupilli salvam fore, ibi Servus ejus non pulabitur, cap. Quamquam 2. de Usuris in 6. ibi 2. Servo publico de ipsius Ordinarii mandato idonee de restitutione facienda sit cautum. Item Scribarius prout vocatur cap. Ad audientiam 13. de precriptionibus: & notat Glossa ibid. verb. Scribarius.

44 Ad Instrumentum publicum manu Notarii confectum reducuntur alia quedam scriptura, que licet non sint à publica persona, seu Notario confecta, tamen quoad effectum probandi dicuntur publicæ, quia nempe plene probant, ac si essent à publica persona confectæ. Et tales sunt scripturae illæ privatæ, que sunt auctoritate, seu reddite authenticæ aliquo ex modo assignatis supra à num. 100. ad 15.

45 Instrumentum privatum est scriptura privata auctoritate facta à privatis personis, non autem à Notario solemniter confecta. Est in re Communis, patetque ex dictis supra num. 1.

46 Instrumentum publicum à Notario confectum est duplex. Primum appellatur protocolium, & est summaria quedam, & succincta, seu brevis actus gesti prima adnotatio memorie causa facta, ut deinde Instrumentum extendi, & in solemnem formam redigi possit; Est in re Communis. Dicitur autem protocolium à verbo græco *protos*, quod est primum, & *collum*, quod est collatio literarum, quasi diceretur, protocolium est prima collatio literarum in charta. Glossa in Authent. de Tabellionibus verb. Protocolium *collat.* 4. & alio nomine dicitur abbreviatura. Mascard. de probationibus conel. 4. num. 1. & 5. Card. Thusc. lib. P. conelus. 945. num. 1. ubi illud appellat *Imbreviaturam*, sive instrumentum Notarii non extensum. Insuper protocolium dicitur etiam liber, in quo prima matrix, seu originalis scriptura instrumentorum rogatorum describitur, habens generalem subscriptionem: Hic est liber protocoliorum mei, &c. de quo fit mentio in cit. Authentica, seu Novella 44. cap. Illud quoque 2. de Tabellionibus: iuncta Glossa ibid. verb. Protocolium: & notat Card. Thusc. loc. cit. n. 3.

47 Alterum autem instrumentum vocatur *Transcriptum*, scilicet instrumentum authenticum, & originale, quod ex protocollo sumitur, & debita forma, sive cum requisitis solemnitatibus conficitur, & in ipso actus gesti non summarie, ac succinate, & breviter, ut in protocollo, sed plene, & diffuse per extensum exponitur. Sic in re Communis.

48 Instrumentum publicum dividitur etiam in originale, & in exemplum. Originale instrumentum est illa prima, seu principalis scriptura solemniter, que est veluti origo ipsius actus, de quo instrumentum conficitur. Exemplum vero est illud, quod ex originali instrumento describitur, & desumitur, que & copia appellatur. Sic in re Communis.

49 Instrumentum adhuc dividitur in authenticum, & non authenticum. Instrumentum authenticum est, quod per se fidem facit, ad id auctoritatem habens, vel ex appositione sigilli authenticæ, vel ex interventu publici Tabellionis, seu alio modo à publica auctoritate statutum. Vocatur autem authenticum quasi ex se auctoritatem habens, ut notat Abbas in cap. Si scripturam authenticam 1. num. 54. 2. de fide instrumenti. Instrumentum non authenticum dicitur, quod ex se, & seclusis aliis admiculis non facit fidem, nec plenam probationem. Sic in re Communis.

50 Quamvis inter instrumentum publicum, & authenticum possit notari aliqua differentia, in effectu tamen

parum interest, & passim instrumenta publica, & authentica sumuntur pro synonymis, cum solum se habeant ut superius, & inferius, in quantum omnia instrumenta publica possunt dici authentica, sed non e contra; sic Abbas in cit. cap. Si scripturam authenticam 1. num. 2. de fide instrumenti ubi expresse dicit, quod omnia scriptura publica est authentica, sed non omnia authentica est publica, habent enim se ut superius, & inferius. Speculator tit. de editione instrumentorum. Nonne dicendum: Innocent in cap. Scripta 2. num. 1. de fide instrumenti. Bald. ibid. num. 8. Engel lib. 2. Decret. tit. 22. num. 2. Pirhing. ibid. num. 3. Reiffenstuel ibid. n. 4. & seq. Sanig. ibid. c. 2. n. 10. & alii.

51 Ad Instrumentum publicum manu publici Notarii confectum plures solemnitates de Jure vel consuetudine requiruntur. Communis. Primo enim requiritur, quod in eo proponatur invocatio Divini nominis, que solet fieri per ly *In nomine Domini Amen. In nomine Sanctissimæ, & individue Trinitatis*; colligitur ex cap. In nomine Domini 1. dir. 23. c. In nomine Patris 1. dist. 73. iuncta Authent. seu Novella 47. Ut proponatur nomen Imperatoris documentis, cap. 1. §. 1. collat. 15. ibi iudicatore Deo. non videntur sufficiens iudicium, & sufficiens est in

52 Secundo requiritur, quod in eo ponatur annus incarnationis seu potius natiuitatis Domini currentis tempore initi contractus, & confectiois dicti instrumenti. Ita Glossa in cit. Authent. seu Novella, ut proponatur nomen Imperatoris, verb. Auctore, & alia Glossa in cap. Inter dilectos 6. verb. Indictionis, de fide instrumenti. Abbas in cit. cap. Si scripturam authenticam cap. 1. num. 2. de fide instrumenti. Mascard. de probat. q. 6. n. 82. Pirhing. loc. cit. n. 6. Reiffenstuel loc. cit. n. 19. & alii passim; arg. cit. cap. In nomine Domini, & cit. cap. In nomine Patris 1. dist. 73.

53 Tertio requiritur, quod in eo ponatur mensis, ac dies anni Domini currentis tempore initi contractus ac confectiois Instrumenti; cap. Authent. seu Novella 47. Ut proponatur nomen cap. 1. §. 1. Glossa in cap. Inter dilectos, verb. Indictionis; & alia Glossa in l. Generali, verb. Servituti, Cod. de Tabulariis, Speculator loc. cit. num. 7. Reiffenstuel loc. cit. num. 20. & alii passim.

54 Quarto requiritur, quod in eo ponatur Indictio; cap. Authentica, seu Novella: Ut proponatur nomen cap. 1. collat. 5. Glossa in cit. cap. Inter dilectos, verb. Indictionis; iuncto textu ibid. §. Sed contra, Felin. lib. 1. n. 2. Covarrub. lib. 1. Variar. resolut. c. 1. n. 7. Reiffenstuel loc. cit. num. 21.

55 Indictio autem (sic dicta ab *indicendo*, seu jubendo trinam exactionem tributi, que tribus continuis lustris fieri solebat à Cesare Augusto) est numerus annorum constans ex tribus lustris seu ex quindecim annis. Glossa cit. cap. Inter dilectos verb. Indictionis: Quibus tribus lustris, seu quindecim annis peractis, redditur ad unitatem, & initium sumit quilibet annus hujus Cielii Indictionum à Januario in bullis Pontificiis, prout notatur circa initium Breviarium Romani tituli de Indictione. Originem autem hujus nominis Indictionis assignat Glossa in cap. Authent. Ut proponatur nomen Imperatoris, verb. Indictionis *collat.* 5. sequentibus verbis: Quia, inquit, antiquitus Romani singulis quindecim annis recipiebant tributum de toto mundo, & erat in primo quinquennio ferrum, unde inde fierent arma militibus Romanis. Secundo quinquennio argentum, ut inde haberent stipendia milites. Tertio quinquennio aurum, quod in ærario reponeretur, ut tempore necessitatis pro Republica Romanorum expenderetur; unde adhuc hodie servamus cursum illorum trium lustrorum, scilicet, horum quindecim annorum, & Indictionem appellamus. Hæc Glossa loc. cit. subjungens modum facillimum inveniendi Indictionem cujuslibet anni. Accipie, inquit, annos Domini, & eis addas tres annos, quia tertius annus Indictionis erat tempore natiuitatis Christi: deinde numerum annorum divide per quindecim, & semper abigas illa quindecim; & residuum, vel saltem ultimum quindecim dabit Indictio. Et concordat alia Glossa in cap. Inter dilect. 6. de fide instrumenti.

strument. verb. indict. his præcisus verbis: Et hæc est regula ad inveniendam indictionem. Tres annos Dom. apone pro Indictionibus regulariter, & pariter quinquennum numerum, & quotus numerus remanet infra quindecim, tanta est Indictio. Et si facta divisione, remanet quindecim tantum, quindecima est indictio. Hæc Glossa loc. cit. ubi totam dictam regulam comprehendit, & exprimit tribus sequentibus versiculis.

*Si per quinquenos Domini dixeris annos,
His tribus adjunctis Indictio certa patebit:
Si nihil excedit, quindecima Indictio currit.*

56 Quinto requiritur, ut in eo inseratur nomen Papæ, vel Imperatoris, aut Regis in locis ipsius dominio subjectis una cum anno Papatu, seu Imperii, vel Regni, textu expresso in cap. Authent. seu Novella, Ut proponatur nomen Imperatoris cap. 1. ubi insuper additur, quod debeat inseri etiam nomen Proconsulis illius anni; Quod tamen hæc temporibus non amplius inseritur, ut notat Glossa in cap. Quoties cordis 1. quart. 6. verb. Consulibus, & servat praxim.

57 Sexto requiritur, quod in eo exprimat locus civitatis, vel castri, & insuper locus particularis, verb. grat. domus, in qua actus, qui in instrumento continetur, factus est. Glossa, in cap. Abbate sane, verb. Censetur: iuncto textu ibid. de sententia & re iudicata in 6. Abbas loc. cit. num. 3. Mascard. cap. 6. n. 89. & seq. Covarrub. practic. quest. cap. 20. num. 3. Reiffenstuel loc. cit. num. 24. Pirhing. loc. cit. num. 7. Engel loc. cit. num. 13. & alii passim.

58 Septimo requiritur, quod testes tres, vel saltem duo, qui ordinarie sufficiunt, præsentés sint actui, & eorum nomina in instrumento inserantur; Authentica, seu Novella 73. de instrumentorum cautela, & fide, cap. Sed & si in instrumenta 5. Collat. 6. Abbas loc. cit. num. 3. Speculator loc. cit. num. 19. Pirhing. loc. cit. numer. 7. Reiffenstuel loc. cit. num. 24. addentes solere addi per Tabellionem instrumentum, quod testes illi fuerint ad hoc vocati & rogati, quamvis de Jure id non sit necessarium, nisi in certis causis. Sicuti nec necessarium est de Jure, quod testes in instrumento nomina sua subscribant, ut colligitur ex cap. Authentica, seu Novella 73. de instrumentorum cautela &c. iuncta Glossa ibid. verb. Canteplaurit: & notat Abbas loc. cit. num. 3. Covarrub. loc. cit. num. 4. Pirhing. loc. cit. n. 6. Reiffenstuel loc. cit. num. 27. & alii; Quamvis tamen id esset valde expediens, & servandum, ubi adesset consuetudo, eo vel maxime quod Glossa cap. Post sessionem verb. Literas, de probationibus, cum nonnullis aliis id absolute requiri contendit.

59 Octavo requiritur, quod Notarius in instrumento nihil aliud scribat, quam id, quod circa rem gestam vere scit, ac propriis oculis vidit, atque præsens audivit: Et inde instrumentum legat coram partibus, ut appareat, omnia rite præcepta, & conscripta fuisse; Authent. seu Novella 44. de Tabellionibus, cap. 1. Collat. 4. Speculator loc. cit. num. 13. Engel loc. cit. numer. 7. Reiffenstuel loc. cit. num. 27. Menochius lib. 2. de Arbitr. Judic. cas. 1445. num. 6. & alii.

60 Nono requiritur, quod Notarius exprimat in instrumento quod fuerit rogatus ab eo, vel ab iis, ex quorum consensu actus dependet. Authent. seu Novella 44. de Tabellionibus cap. 1. Collat. 4. Reiffenstuel loc. cit. num. 30. Pirhing. loc. cit. num. 7. vers. Sexto, Engel loc. cit. num. 9. & alii passim.

61 Decimo requiritur, quod Notarius nomen suum inscribat propria manu, addendo qua auctoritate, an Pontificia, vel Casarea, seu Regia sit Notarius; cap. Authentica, seu Novella 73. de instrumentorum cautela, & fide, cap. Sed & si instrumenta 5. Collat. 6. iuncta Glossa ibid. verb. Adjiciatur; Speculator loc. cit. num. 11. Covarrub. cit. cap. 20. num. 5. Mascard. loc. cit. n. 91. Reiffenstuel loc. cit. num. 17. Engel loc. cit. n. 14. & alii communiter: Sufficit autem subscriptio Notarii, quamvis per alium etiam instrumentum scriptum fuerit, prout innuitur in c. Inter dilectos 6. verb. Instrumentum quod

que, de fide instrumentorum. Abbas ibi. num. 7. & alii communiter, servatque praxis generalis.

Undecimo requiritur, quod Notarius apponat in Instrumento signum solemne sui notariatus, id est, certam aliquam imaginem, vel figuram calamo depictam, aut per modum typis impressam. Glossa in cap. Authent. seu Novella 73. de instrumentorum cautela &c. verb. Oportet: Reiffenstuel loc. cit. num. 25. Engel loc. cit. n. 14. Pirhing. loc. cit. n. 7. vers. Denique, Covarrub. cit. c. 20. n. 5. Mascard. loc. cit. n. 92. post Bartholum in proam. ff. n. 6. & alios.

Duodecimo requiritur ad uberiorem cautelam, quod Notarius servet semper eandem formam subscriptionis in uno instrumento, ac in aliis, ut cum opus fuerit, possit fieri comparatio instrumentorum per ipsum confectorum, arg. c. Authentica, seu Novella 73. de instrumentorum cautela, iuncta Glossa ibid. verb. Adjiciatur.

Supradictæ solemnitates quamvis non omnes de rigore Juris requirantur ad essentialiam, seu substantiam instrumenti publici, solent tamen omnes secundum receptam consuetudinem adhiberi, ita ut si aliqua omittatur, tale instrumentum de fraude, & falsitate suspectum reddatur; Unde servandæ sunt secundum cujuslibet provincie probatam consuetudinem, arg. cap. Cum dilectus 8. Cap. Cum tanto 11. de consuetudine, Mascard. loc. cit. n. 17. Pirhing. loc. cit. n. 7. in fine, & alii passim.

Instrumentum publicum manu Notarii confectum cum dictis requisitis solemnitatibus, si originale, seu authenticum sit, plene probat, plenamque facit fidem, tam pro profertente, quam contra profertentem. Communis, per text. in l. In exercendis 15. & tot. tit. Cod. de fide instrumentorum. cap. Si scripturam authenticam 1. cap. Scripta vero Authentica 2. & cap. Cum P. Tabellio 15. de fide instrumentorum, cum similibus.

Item plene probat, plenamque facit fidem etiam protocolium, si habeat dictas solemnitates ad instrumentum publicum, & solemnem requisitas. Immo protocollo habenti dictas requisitas solemnitates adeo creditur, ut in dubio magis sit standum protocollo, quam instrumento inde desumpto; Sic clare desumitur ex cap. Quoniam contra 12. de probationibus, & ex cap. Authentica, seu Novella 44. de Tabellionibus, cap. Illud quoque 2. Collat. 4. ubi Imperator fateatur, quod mediis protocolis fuerint saepe detectæ multæ fraudes, ibi: Novimus enim, multas falsitates ex talibus chartis (scilicet protocolis) ostensas, & prius, & nunc; Et sic tenent Bartolus in leg. Sempronius, ff. de legat. 2. istud probans ex leg. Si quis ex argenteis, §. penult. ff. de Edendo, & cap. Authentica, seu Novella 44. de Tabellionibus Collat. 4. per totum. Mascard. de probationibus, conelus. 1205. num. 2. Alexander conelus. 105. num. 1. volum. 3. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. c. 87. n. 1. Zoësius tit. de fide Instrumenti. n. 6. Reiffenstuel loc. cit. n. 38. Pirhing. loc. cit. n. 17. & alii. Et ratio est, quia si ex Juribus cit. n. antecedenti instrumentis ex protocollo extractis datur publica, & plena fides, multo magis debet dari ipsi protocollo, juxta vulgatum commune axioma: Propter quod unumquodque tale, & illud magis tale.

Mortuo ante perfectionem solemnium instrumenti Notario illo, qui ad partium petitionem protocolium fecit, tunc accedente Judicis auctoritate, potest alius notarius requisitus ab iis, quorum interest, mortui notas, seu protocolium in publicum, & solemnem instrumentum redigere, & tale instrumentum plenam fidem facit, perinde ac si à priore Notario confectum, & absolutum fuisset. Communis, textu expresso in cap. Cum P. Tabellio 15. de fide instrumentorum.

Ad id tamen requiruntur plures conditiones. Et Prima est, quod prior Notarius fuerit mortuus, sive naturaliter, sive civiliter per diuturnum impedimentum, vel per perpetuam infirmitatem. Nullus enim Notarius potest in instrumentum publicum redigere protocolium alterius Notarii adhuc vivi. Authentica, seu Novella 44. de Tabellionibus, Collat. 4. iuncta Glossa ibid. verb. Ipsi per se, cap. Cum P. Tabellio 15. de fide instrumentorum.

ior. & Glossa *ibid.* verb. Perpetuum, ubi expresse dicit quod Tabellio, dum vivit, non potest alteri committere completionem instrumenti; sed ipsemet debet complere instrumentum, prout in protocollo reperitur.

77 Secunda est, quod ad id interveniat auctoritas Judicis, sive Ordinarii, sive Delegati, qui de morte, seu diuturno impedimento prioris Notarii, simulque de fide, & integritate illius, & protocolli, seu notarum ab ipso factarum summarie cognoscit; cap. Cum P. Tabellio 15, de fide instrumentorum, Covarr. pract. qq. c. 21. num. 3. Pirhing loc. cit. n. 19. Reiff. loc. cit. num. 51. & 54. & alii passim.

78 Tertia est, quod Notarius id faciat ad petitionem eorum, quorum interest, sicque etiam pars adversa, cuius interest, debet citari; cit. cap. Cum P. Tabellio 15, de fide instrumentorum. Pirhing, loc. cit. num. 19. Reiffenstuel loc. cit. num. 50. & alii communiter.

79 Quarta est, quod Notarius id præstet fideliter, nihil ad substantiam pertinens addendo, diminuendo, vel mutando ex iis, quæ in notis, seu protocollo defuncti continentur; Glossa in c. Cum P. Tabellio verb. Perpetuum: ubi expresse dicit quod debet complere instrumentum prout in protocollo reperitur, nihil addendo, vel diminuendo, quam in protocollo continetur, ut in Authen. de Tabellionibus Collat. 4. Abbas *ibid.* num. 5. & Joann. Andreas num. 8. Reiffenstuel loc. cit. num. 53. Pirhing loc. cit. num. 19. & alii passim.

80 Quinta est, quod Notarius notas, seu protocollum Notarii mortui redigat in publicam instrumenti formam, & tale protocollum semper penes se servet; cap. Quoniam contra 11. de probationibus, & c. Authentica de Tabellionibus Collat. 4. ea addita ratione: Ut habeat unde sciat negotium, & interrogatus à Judice possit, quas subsecuta sunt, cognoscere, & respondere, Pirhing loc. cit. num. 19. Reiffenstuel loc. cit. num. 53. & alii communiter.

81 Exemplaria, seu transumpta originalium instrumentorum, si fiant auctoritate Judicis ordinarii, vel delegati per publicam personam, ac servatis de Jure servandis, habent eandem vim probandi, ac originalia, textu expresso in cap. Si instrumenta 15, de fide instrumentorum. ibi: "Si instrumenta propter vetustatem, vel propter aliam justam causam exemplari petantur, a coram ordinario Judice, vel delegato, ab eo specialiter presententur, qui si ea diligenter inspecta in nulla sui parte vitata repererit, per publicam personam illa præcipiat exemplari, eandem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura."

82 Immo in pluribus casibus exemplaria habent eandem vim probandi, ac originalia, etiamsi sint facta sine auctoritate Judicis. Et signanter quando in literis Pontificiis, ut fieri solet, habetur inserta ecclesiastica clausula: "Quodque presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ." Tunc enim, ut exemplaria eandem vim habeant probandi, ac originalia, sufficit prædicta in tali clausula observari; Reiffenstuel loc. cit. num. 65. & alii communiter.

83 Item quando exemplar fuit factum, seu scriptum manu ejusdem Notarii, qui instrumentum originale confecit. Cum enim idem Notarius de eodem negotio possit conficere plura ipsissima instrumenta, & in tali casu sit idem Auctor ejusdem scripturæ; eadem fides debet præstari utrique; arg. cap. Dudum 20. de convers. conjugator. ubi tale publicum instrumentum post amissionem prioris ab eodem Notario confectum, fuit habitum pro legitimo, & valido. Pirhing loc. cit. n. 25. Reiffenstuel loc. cit. num. 66. Mascard. de probat. conclus. 712. num. 35. testans de communi.

84 Item quando, & ubi contraria consuetudo derogavit citato Canonico Si instrumenta 16, de fide instrumentorum. uti in praxi non solet hodie Judex inspicere originale, sed Notarius, qui instrumentum transcribit, testatur, quod illud omni cum diligentia inspexit, & nul-

lum in eo vitium reperit, atque de verbo ad verbum cum ipso concordat &c. Pirhing loc. cit. num. 22. Reiffenstuel loc. cit. num. 67. & alii, arg. cap. Cum dilectus 8. & cap. Cum tanto 11. de consuetudine.

Item quando Notarius exemplum instrumenti conficit de consensu, & rogatu partium, quarum interest; tunc enim illud fidei facit, & plene probat etiam sine Judicis auctoritate saltem in præjudicium partium, earumque successorum, quia in cit. cap. Si instrumenta 6, de fide instrumentorum. est sermo, quando ex unius tantum partis voluntate instrumentum originale per Notarium exemplatur, tunc enim necessario requiritur Judicis auctoritas; secus autem si id fiat ex consensu omnium partium, quarum interest.

Auctor non potest regulariter petere, ut scripturæ, & instrumenta propria Rei sibi ab ipso tradantur ad probandum suam intentionem: Nec Reus suas scripturas, & instrumenta, in quibus in Judicio non est usus, tenetur tradere, seu consignare ipsi Actori. Communis per text. in cap. 1. de Probationibus, juncto ejus Summario, in quo expressè dicitur: Reus Auctori sua propria instrumenta dare non tenetur, & l. Qui accusare 4. Cod. de Edendo; Non enim Juris, aut æquitatis ratio permittit, ut quis invitus arma, quibus impugnetur, adversario suo tradere, eumque contra se adjuvare cogatur, l. Nimis grave, Cod. de testibus.

Tenetur tamen Reus tradere Actori petenti instrumenta communia, & si Judex parti petenti non facit tradi instrumenta communia, licite ab ipso appellatur, & quidquid post appellationem attentatum fuerit non valet; Communis, text. expresso in cap. P. Perpetuus Vicarius 12, de fide instrumentorum. juncta Glossa *ibid.* verb. Instrumentorum communium: cum pluribus 88 Juribus ibi à se adductis. Et ratio est, quia instrumenta communia sunt quodammodo propria utrique parti; Nam quod commune est, meum est, l. Servi electione, juncta Glossa verb. Communis, ff. de Legat. 1. adeoque talia communia instrumenta à qualibet parte juste petuntur, & ab altera tradi debent, & ad id compelli potest, & debet à Judice, aliàs fit ibi locus appellationis.

Instrumenta inter se contraria, si ab eadem parte contra adversarium suum producantur in Judicio, nihil probant, sed fidem sibi adinvicem derogant, textu expresso in cap. Imputari 23, de fide instrumentorum. ubi insuper redditur ratio, ibi: Imputari ei potest, quod contrarias inter se scripturas in judicio prolati fidem sibi ad invicem derogant, cum in ipsis fuerit oportet, quam voluerit non proferre; Et concordat l. Scriptura, Cod. eodem.

Si autem instrumenta contraria à diversis partibus producantur, tunc standum est instrumento digniori, verb. grat. publico, aut quod magis caret falsi suspitione, argum. leg. Scripturas, Cod. Qui potiores in pignore. Sic Glossa final. in cit. cap. Imputari & Abbas *ibid.* n. 3. Reiffenstuel loc. cit. num. 324. & alii, & desumitur ex cap. leg. Scripturas, Cod. Qui potiores in pignore, & cap. In nostro 32, de testibus cum similibus.

Si instrumenta hinc inde producta omnino sint æqualia, & paræ auctoritatis, seu dignitatis, tunc Reus est absolvendus, præterquam in causa liberali, seu favorabili, textu expresso in cap. Ex literis 3. de probationibus, ibi: Quod si ambarum partium testes sunt æque idonei, possessoris testes præferentur, cum prompiora sint jura ad absolvendum, quam ad condemnandum, præterquam in liberali causa, in qua si utriusque partis testes æquales fuerint, pro libertate sententia præferatur, juncto Summario *ibidem* in quo sic præcise dicitur: In communi judicio probant actor, & reus, & si pariter probant, reus absolvitur, nisi favorabilem causam soveat Actor. Et Glossa *ibidem* verb. In liberali, ubi assignat quatuor causas liberales, in quibus si utriusque partis probationes fuerint æquales, sententia debet favore ipsarum, scilicet, pro favore matrimonii, favore Testamenti, favore Libertatis, adducitque ad id duos sequentes versiculos.

Stat Testamentum, Libertas, Conjugium, Dos;
Si sint æquales, qui producantur utrinque.

Instrumentum ob factam in parte substantiali rasuram redditur suspectum de falsitate, ac proinde reprobatur potest. Secus si rasura facta sit in parte non substantiali, seu in loco non suspecto; Communis, & quoad primam partem colligitur clare ex cap. Inter dilectos, 6. de fide instrumentorum. juncto ejus summario, in quo præcise dicitur: Instrumentum publica manu confectum habens sigillum, cujus litera non sint legibiles, vel scriptura deleta, vel enormem patitur fracturam, non probat. Et clarius ex c. Cum venerabilis 7. de religiosis domibus, ubi statuitur: Instrumento nullam fidem penitus adhibendam propter perlinearem scripturam, & raturam loco suspecto factam, ubi videlicet annotatio temporis recensetur, & infra subjungit Pontifex: Instrumentum prædictum, ad faciendam super hoc fidem invalidum esse cognovimus, utpote propter prædicta de Jure suspectum. Quoad secundam autem partem habetur clare ex cap. Ex literis 3. de fide instrum. ibi: Dicimus, quod propter abrasionem illam judicari falsæ non possunt, nec etiam haberi suspectæ, juncto ejus Summario, in quo expresse dicitur: Rescriptum Apostolicum propter raturam in loco non suspecto non censetur vitiosum, & cap. Ex conscientia 9. de crimine falsi in cuius Summario sic præcise habetur: Propter paucam literarum raturam in loco non suspecto rescriptum non probatur falsum.

Amisio scripturæ, seu instrumenti non nocet, si possit fieri probatio ipsius negotii, verb. grat. debiti per testes, vel alio legitimo modo; Communis, textu expresso in leg. Debitorum 1. Cod. de fide instrumentorum. ibi: Debitorum tuos quibuscumque rationibus debere tibi pecuniam si probaveris, ad solutionem compellet aditus Præses provincia. Nec obierit tibi amissio instrumentorum, si modo manifestis probationibus eos debitorum esse apparuerit."

Si instrumentum sit amissum casu fortuito, ut incendio, inundatione, prædatione, & hujusmodi, oportet, ut illud allegans probet casum fortuitum, & tenorem instrumenti, vel per testes, qui præsentem fuerint contractui celebrato, & instrumentum per Notarium legitime confecto, vel per testes, qui licet tempore celebrati contractus, & confecti instrumenti non fuerint præsentem, postea tamen illud propriis oculis viderint in nulla sui parte vitiatum, & attente legerint ejus tenorem ita, vel ita notantem; aliàs Debitorum ad solutionem non possunt compelli, textu expresso in leg. Sicut iniquum est 5. Cod. de fide instrumentorum. ibi: Sicut iniquum est, instrumentum vi ignis consumptis, debitorum iniquum est, instrumentum vi ignis solutionem: ita non statim quantitatem debitarum renuere solutionem: ita non statim casum conquerentibus facile credendum est. Intelligere itaque debitis, non existentibus instrumentis, vel aliis argumentis, probare debere fidem precibus vestris adeste, juncto ejus summario ex Saliceto, ibi: Si creditor dicat se perdidisse casu instrumentum debiti, non debet propere, qui dicuntur debitorum, ad solutionem urgeri, nisi Creditor probet casum, & tenorem instrumenti, & ibi Bartolus num. 2. Abbas in cap. Albericus, num. 4. de ressam. Alexander consil. 190. num. 11. lib. 2. Mascard. de probationibus. consil. 910. num. 6. & seq. Reiffenstuel loc. cit. num. 333. & seq. & alii.

Si instrumentum pereat facto adversarii, illud verb. grat. dilacerantis, vel auferentis, oportet, ut istud legitime probetur, & facta tali legitima probatione, tunc per solum juramentum spoliati probatur tenor instrumenti, & valor rerum in eo contentarum; Sic desumitur ex leg. Si de possessione 20. juncta Glossa marginali, Cod. de probationibus, & notant Abbas in cap. Accipimus 4. num. 4. de fide instrumentorum. Mascard. loc. cit. conclus. 911. n. 3. & 4. Reiffenstuel loc. cit. n. 337. Engel loc. cit. n. 54. & alii passim; In similibus enim, probata fraude, seu violentia per testes, sufficit quod res amisse, earumque valor probentur per juramentum spoliati, textu expresso in cap. Super eo 7. de his, que vi, metu, causa sunt, juncto ejus Summario, ubi sic expresse habetur: Probata violentia per testes, res amissa probantur per juramentum, & super valore rerum amissarum, taxatione Judicis præmissa, & secundo petentis juramento fit condemnatio.

Falsificantes scripturas, seu instrumenta quas per nos incurant? Vide verb. Falsum, Falsarius à num. 39. ad 75.

Scripturæ, & instrumenta, quæ conficiuntur, & rogantur à Cancellario Episcopi tamquam Cancellario, servari debent in Episcopi cancellaria, non autem transferri debent in archivum Communiarum; Sac. Congreg. Concil. 5. Novemb. 1625. apud Pignatell. tom. 4. consulti. 250. n. 3.

Immo potest Episcopus per edictum præcipere aliis Notariis, quod exhibere debeant in cancellaria episcopali acta seu rogatus, illorumque exemplaria spectantia ad monasteria Monialium, prout laudando Episcopus Bugubinum, qui tale mandatum dederat, respondit Sacra Cong. Episcopus 31. Januar. 1596. apud Monacell. part. 1. tit. 1. formul. 5. num. 3.

Ecclesiastici non possunt cogi ad faciendam institutionem in Cancellaria laicali Instrumentorum dotalium Monialium, prætationiorum, & similibus scripturarum; Sac. Congreg. Immunit. in Nicen. 28. Sept. 1677. lib. 2. Decret. Altoni. pag. 1461.

Episcopus requisitus à laicis pro consignatione scripturarum respondeat se non habere facultatem, sed adendum esse Sanctissimum pro obtinenda facultate; Sac. Congreg. Immunit. in Nerionens. 17. Nov. 1654. lib. 5. Decret. Raul. pag. 54.

Omnes scripturæ pertinentes ab Abbatibus non existentes in archivio archiepiscopali debent communicari Abbati pro tuitione Jurium ei competentium; Sac. Congreg. Immunit. in Decren. 23. Maii 1703. lib. 3. Decret. Vallemann. pag. 490.

Datur facultas extrahendi ser. ser. protocolia, & Instrumenta Notarii demortui à loco immuni, & consignandi ser. ser. in archivio publico civitatis, cum prævio Inventario dictarum scripturarum, ita tamen ut nullum inferatur dammum, seu præjudicium hæredi pro Jure sibi competente super dictis scripturis; Sac. Congreg. Immunit. in Forosempronien. 13. August. 1666. lib. 1. Decret. Altoni. pag. 141. & in Marsicens. 10. Decemb. 1678. lib. 2. Decret. Altoni. pag. 168.

Ad evitandas fraudes, quibus potest subici Justitia ob falsificationem præsentium scripturarum, quas apud se retinet Notarius confugitus in loco immuni, datur Episcopo facultas perquirendi dictas scripturas ad effectum faciendi Inventarium, & consignandi in manu Judicis competentis, ut de ipsis disponat prout de jure; Sac. Congreg. Immunit. in Reatin. 31. Decemb. 1677. lib. 1. Decret. Altoni. pag. 189.

Præcipitur Archiepiscopo, ut auctoritate sua ordinaria cogat Secretarium communitalis ad communicandas scripturas pro lite cum communitate pendente in Sac. Cong. ratione apertionis Macelli; Sac. Congreg. Immunit. in Beneventana 22. April. 1673. ibi pag. 792.

Injungitur, mandante Sanctissimo, Episcopo Montis Regalis, & Nuntio, ut faciant abolere omnes scripturas ab eorum tribunalibus quomodolibet emanatas, & omnia acta inde secuta quoad solutionem oneris laicalis contra ecclesiasticos, & transmittant ad Sac. Congreg. publicum documentum dictæ abolitionis; Sacra Congreg. Immunit. in Montis Regalis 5. Maii 1677. lib. 2. Decret. Altoni. pag. 1384.

Archiepiscopus curet restituere ecclesie protocolia, seu scripturas ab ipsa extractas de ejus ordine ad effectum consignandi, cui de jure, & homine, est defectus facultatis; Sac. Congreg. Immunit. in Regiens. 4. Octob. 1681. ibi pag. 2266.

Nisi scriptura ab ecclesia ablatæ restitueretur, non conceditur absolutio; Sac. Congreg. Immunit. in Orizana 10. Septemb. 1629. lib. 2. Decret. Paul. pag. 5.

Alia ad rem. Vide verb. Falsarius, verb. Literæ, verb. Notarius, verb. Probatio.

De hoc argumento quamvis late disserterit Auctor, libet tamen per compendium totam materiam complecti. Scripturæ, aut publicæ sunt, aut privæ. Publicæ scripturæ sunt, quæ auctoritate publica à personis illa pollentibus confectæ sunt. Hæc autem continent instrumenta à Capitulis ecclesiasticis confecta.

113 & sigillo eorum munita; cap. 2. de fide Instrumentorum.

114 II. Libri ecclesiastici, quibus consignatur Baptizati & novi conjuges copulati; Carpov. lib. 12. Jurisprud. consistor. defm. 315. num. 2. & 3. Philippi in usque pract. Instituit. Eclog. 47. Notandum vero, libros hosce de iis tantum fidem facere, quæ coram parochis acta sunt, non vero quæ ex relatione aliorum habent. Vide quæ diximus in addit. ad verb. Etas.

115 III. Acta judicialia legitime confecta à publica persona, seu Aduario Judicii ad illa judicia solemnij iuramento obstricti, quæ tunc demum fidem publicam habent; cap. 11. de fide instrumentorum.

116 IV. Scripturæ privatæ testium subscriptione munitæ, modo adhuc vivant, ut subscriptionem suam recognoscere valeant. Iis enim defunctis, vim probandi habent; cap. 2. eodem tit. Publica vero documenta ex se probant, ut mortui sint testes subscripti. Hoc in titulu in leg. 11. Cod. Qui potior. in pignor. hypotheca publica censetur, quæ constituta est in scriptura trium testium subscriptione roborata; quod tamen aliter intelligi nequit, quam si testes adhuc vivant, seu subscriptiones suas recognoscere queant, vel ad minimum duo supersint, qui recognitionem facere possint, quia inde fides publica scripturæ privatæ dependet. Consule Brunemann. ad cit. Leg. 11. num. 6. Qui potior. in pignor.

120 V. Notariorum instrumenta legitime confecta, probant tamen, si in originali, non item in exemplo producantur; cap. 1. diff. cit. Nec sufficit exemplum quod fide Notarii ab originali, vel quod pro tali habetur, transumptum est. Exemplum vero transumptum secundum formam in cap. final. diff. titulu. præscriptam attendi debet. De hac autem forma plures incidere solent questiones. At vide de iis Bohemer. in decret. lib. 2. tit. 22. §. 5. & seq. Extra ordinem vero fides etiam exemplo esse potest, non quidem si in archivio repertum sit, ut perperam nonnulli volunt, sed si agatur de causa antiqua, & insignia quedam adminicula eidem accedant; cap. 13. de probat.

124 VI. Sunt qui in classe scripturarum publicarum recensent & regesta monasteriorum, quibus designati sunt redditus, aliæque obventiones ad monasterium spectantes. Confer Genua de scriptur. privat. lib. 5. q. 1. & 2. Sed eos refutat Bohemer. loco mox citat. §. 3.

125 Scripturæ privatæ regulariter pro scribente non probant. Contra vero scribentem probant, dummodo debite recognoscantur, nec indeterminate loquantur, sed causam debendi adjectam habeant, cap. 14. de fide instrumentorum.

126 Multiplicitas ad rite faciendum publicum instrumentum, ab A. assignatur: aliqua tamen ex ibidem expressis, haud necessaria jure nostro considerantur; ideo ut utrumque discernatur, sequentia pro forma substantiali præ oculis sunt habenda. Sufficit equidem, si in eo inserantur nomina contrahentium, dies, mensis, annus, locus ubi conficitur, materia de qua celebratur, cum omnibus conditionibus, clausulis, ceterisque similibus pro contrahentes patefactis, horum si sciverint, subscriptio, testium assistentia, præterque alia Tabellionis signum, dummodo partibus presentibus, antequam subscriptio precedat, legatur; ita ut si aliter scripta signaverit, vel in papyro sigillata unicuique instrumento conveniente haud sit conceptum, (1) non solum nullitatis vincitur, verum etiam in amissionem officij, inhabilitatem Tabellio imposterum incurrit (2) præter dam-

(1) Vide infr. & verb. Notarius.

(2) Leg. 13. tit. 2. lib. 4. Mandamos que cada uno de los Escribanos haya de tener y tenga libro de protocolo enquadernado de pliego de papel entero, en el qual haya de escribir, y escriba por extenso las notas de las escrituras que ante él pasaren, y se ovieren de hacer; en la qual dicha nota se contenga toda la escritura que se oviere de otorgar por extenso, declarando las personas que la otorgan, y el dia y el mes y el año, y el lugar, ó casa donde se otorgan, y lo que se otorga, especificando todas las condiciones, y partes, y clausulas, y renunciaciones y submisiones que las dichas partes asientan: y que así como fueren escritas las tales notas, los dichos Escribanos las lean presentes las partes, y los testigos: y si las partes las otorgaren, las firmen de sus nombres, y si no supie-

instrument. leg. 25. §. final. ff. de probat.

126 Extra ordinem vero scripturæ hæc indeterminate loquentes probant. I. Inter mercatores, quippe qui stylo admodum laconico inter se utuntur, ut plurimum causam specialem debendi omittunt, & simpliciter fidei data inhereant; Marquard. de Jur. mercat. lib. 1. c. 14. num. 11. Brunemann. Centur. 2. decis. 99. per tot. II. Si juramentum accesserit; Barbosa, ad cap. 14. num. 2. de fide instrum. Seraphin. de Privileg. Juram. privileg. 94. num. 8. ubi tamen aliquas limitationes affert. III. Si statuto contrarium introductum. IV. Si Auctor super causâ debendi juramentum præstitit, licet generaliter tantum juraverit, ex justa causa Reum debere. Confer Bohemer. ubi supra §. 10.

127 Illud subnectendum, adhiberi posse vim probandi scripturis variis ex causis. I. Si per Testes, vel alio modo earum falsitas probetur; cap. 4. & 19. de fide instrumentorum. II. Si non sint legibiles. Vide Bohemer. in disert. de scriptur. non legibil. cap. 4. III. Si contradictoria ab eodem producantur; cap. 13. diff. tit. IV. Ex rasura, si in loco principali appareat; cap. 3. diff. titulu. (In præsentibus, dum hæc pagina typis mandatur, tempus ad adnotationem, quæ huic verbo, inseri debebat, deficit; quamquam verb. Probatio, detur satis intelligentia, videre convenit lit. A pag. 233. lit. C pag. 180. pag. 133. vers. Præter: lit. 1 es pag. 337. ad 341. verb. Notarius, verb. Sigillum, Testamentum, & Testis, bene equidem conducunt leg. 1. §. 4. 55. 111. ad 119. tit. 18. part. 3.)

128

SCRUPULUS.

SUMMARIUM.

1. Scrupulus unde sit dicitur.
2. Scrupulus quid sit.
3. Scrupulosi alii sunt circa presentia, & alii circa præterita, & utrique qui sint. Item que sint signa conscientie scrupulose. Item que sint ejus causa. Item que sint ejus remedia. Item que sint ejus privilegia. Et quando liceat, vel non operari contra conscientiam scrupulorum, remissive.

SCRUPULUS est sic dicitur, eo quod instar scrupuli, seu lapilli calcis inclusi, pedemque vexantis animo hominis insidens, eum vexet, & angat: Scrupuli enim sunt minuti lapilli, qui inter ambulandum insiliunt in calc-

ceos hominibus, ad pedem torquent; Inde injicere scrupulum dicitur, qui sollicitudinem injicit animo cuiuspiam; Et scrupulum eximit, qui sollicitudinem eximit; Unde in l. Cum proponas 3. Cod. de interdicto Matrimon. sic dicitur: *Ut autem omnis scrupulus auferatur, insistere pater tuus debet*; Sic expresse notat Joannes Kahl, aliàs Calvinus in magno Lexico Juridico, verb. Scrupuli.

127 Hinc scrupulus definitur, quod sit inanis apprehensio, & hinc ortus timor, & anxietas mentis alicubi esse, vel fuisse peccatum, ubi revera non est, nec fuit; *Est in re Communis*. Unde scrupulus proprie fit, & tunc conscientia scrupulosa proprie dicenda est, quando intellectus, neque determinate judicat, neque dubitat præctice aliquid esse peccatum, se potius habito, vel sufficienter proposito iudicio non esse peccatum, sola apprehensione, vel suspitione mali excitati, seu levi motivo titubet, fluctuet, & anxie formidat esse, vel fuisse peccatum, verb. grat. forte se consensisse tali suggestioni, & hujusmodi.

3 Scrupulosi alii sunt circa presentia, & alii circa præterita, & utrique qui sint? Vide verb. Conscientia, à num. 115. ad num. 126. ubi fuse agitur de conscientia scrupulosa, & assignantur signa conscientie scrupulose; Item cause conscientie scrupulose; Item remedia conscientie scrupulose; Item privilegia conscientie scrupulose: Et quando liceat, vel non, operari contra conscientiam scrupulosam?

(1) Leg. 2. tit. 9. part. 2. ibi: Onde en todas guisas ha menester que el Rey haya buenos Consejeros, é sean sus amigos, é omes de grand seso, & de grand portidad. E quando tales los fallare, debelos amar, é fiarse mucho en ellos, é facerles algo, de manera, que ellos lo amen mucho, é hayan saber de aconsejarle lo mejor siempre. E quien de otra guisa lo ficiere, faria traycion conocida, porque mereceria pena, segund el mal que viniere del consejo que le oviese dado.

(2) Leg. 8. tit. 9. p. 2. Escritura es cosa que aduce todos los fechos à remembranza, é por ende los Escribanos que la han de hacer ha menester que sean buenos, é entendidos, é mayormente los de la casa del Rey: é quando atales fueren, debes el Rey mucho amar, é fiarse mucho en ellos: quando contra esto ficiere, mesturando la portidad que les mandasen guardar: ó diesen cartas á orti que las escribiesse, sin man-

10 Revelare secretum in quarto casu, seu modo, est peccatum mortale contra justitiam.

11 Revelare secretum in quinto casu, est peccatum mortale contra justitiam, licet non tam grave, sicut in quarto casu, seu modo.

12 Juste cause revelandi secretum sunt potissimum quinque, quæ enumerantur.

13 Per revelationem secreti potest aliquando fieri injuria gravis, aliquando injuria levis, & aliquando nulla.

14 Assignatur quando fiat injuria gravis, & peccetur mortaliter.

15 Assignatur quando fiat injuria levis, & peccetur solum venialiter.

16 Assignatur quando nulla fiat injuria, & nulliter peccetur.

17 Generales, Provinciales, Visitatores, alique Religiosorum, & Religiosorum Superiores graviter peccant contra justitiam, si personas à quibus aliorum defectus corrigendos susceperint, manifestent.

18 Item graviter peccant juxta gravitatem materia, & circumstantiarum Generales, Provinciales, Definidores, alique Vocales, & Secretarii, qui acta, & dicta in Capitulis, Definitoriis, aliisque Congressibus, aperiant amicis cum magno Religiosis, & Religiosorum dispendio; Sicut & illi, qui personis particularibus significant, quos favorabiles, & quos contrarios habuerint in Ordine ad Dignitates, Gradus, & Officia, ad quæ fuerant promoti.

19 Item graviter peccant Regulares omnes utriusque sexus quidquam in Religiosis detrimentum patefacientes, seu aliquis in prejudicium fame Religiosis, aut particularis Religiosi, vel Religiosa manifestantes.

20 Alia ad rem, remissive.

SECRETARIUS, SECRETUM.

SUMMARIUM.

1. SECRETARIUS ad quid teneatur.
2. Secretarius peccat in pluribus, quæ assignantur.
3. Que sint conditiones ad justam compensationem, remissive.
4. Quam mercedem possint exigere Secretarii, seu Cancellarii Curie Episcopalis, remissive.
5. Secretarius, qui multa scribit, probabiliter non excusatur à jejuniis.
6. Secretum (præter illud confessionis sacramentalis) potest aliquid dici quod potissimum modis, quæ assignantur.
7. Revelare secretum in primo casu, seu modo, est peccatum mortale contra justitiam.
8. Revelare secretum in secundo casu, seu modo, est etiam peccatum mortale contra justitiam.
9. Revelare secretum in tertio casu, seu modo, est peccatum mortale contra justitiam, si promittens inten-

10 Servare secretum, fines producere gloriosos, illudque frangere, contrahere noxam, omnibus est notum. Ideo nostris legibus passim, non tantummodo Regis Consiliaribus (1) haud benevolis, & prudentibus quod absit, Secretariis ejusdem, (2) Supremorumque Consiliorum Officialibus (3) sub gravissimis penis, servare est commendatum: (4) verumtamen, Supremi Senatus Consiliaribus, non minus quàm Relatoribus; (5) adversus hos equidem, probatio per testes singulares speciatim sufficiens æstimatur, (6) quorum punitio, ad Aulam, vulgo primera de Gobierno, dato casu, pertinebit. (7)

(1) Leg. 2. tit. 9. part. 2. ibi: Onde en todas guisas ha menester que el Rey haya buenos Consejeros, é sean sus amigos, é omes de grand seso, & de grand portidad. E quando tales los fallare, debelos amar, é fiarse mucho en ellos, é facerles algo, de manera, que ellos lo amen mucho, é hayan saber de aconsejarle lo mejor siempre. E quien de otra guisa lo ficiere, faria traycion conocida, porque mereceria pena, segund el mal que viniere del consejo que le oviese dado.

(2) Leg. 8. tit. 9. p. 2. Escritura es cosa que aduce todos los fechos à remembranza, é por ende los Escribanos que la han de hacer ha menester que sean buenos, é entendidos, é mayormente los de la casa del Rey: é quando atales fueren, debes el Rey mucho amar, é fiarse mucho en ellos: quando contra esto ficiere, mesturando la portidad que les mandasen guardar: ó diesen cartas á orti que las escribiesse, sin man-

derit se obligare ad servandum tale secretum ex justitia, secus autem si solum ex fidelitate.

10 Revelare secretum in quarto casu, seu modo, est peccatum mortale contra justitiam.

11 Revelare secretum in quinto casu, est peccatum mortale contra justitiam, licet non tam grave, sicut in quarto casu, seu modo.

12 Juste cause revelandi secretum sunt potissimum quinque, quæ enumerantur.

13 Per revelationem secreti potest aliquando fieri injuria gravis, aliquando injuria levis, & aliquando nulla.

14 Assignatur quando fiat injuria gravis, & peccetur mortaliter.

15 Assignatur quando fiat injuria levis, & peccetur solum venialiter.

16 Assignatur quando nulla fiat injuria, & nulliter peccetur.

17 Generales, Provinciales, Visitatores, alique Religiosorum, & Religiosorum Superiores graviter peccant contra justitiam, si personas à quibus aliorum defectus corrigendos susceperint, manifestent.

18 Item graviter peccant juxta gravitatem materia, & circumstantiarum Generales, Provinciales, Definidores, alique Vocales, & Secretarii, qui acta, & dicta in Capitulis, Definitoriis, aliisque Congressibus, aperiant amicis cum magno Religiosis, & Religiosorum dispendio; Sicut & illi, qui personis particularibus significant, quos favorabiles, & quos contrarios habuerint in Ordine ad Dignitates, Gradus, & Officia, ad quæ fuerant promoti.

19 Item graviter peccant Regulares omnes utriusque sexus quidquam in Religiosis detrimentum patefacientes, seu aliquis in prejudicium fame Religiosis, aut particularis Religiosi, vel Religiosa manifestantes.

20 Alia ad rem, remissive.

SECRETARIUS teneatur scire ea, quæ ad suum officium spectant, & juste, diligenter, fideliterque dictum suum Officium exercere; Communis.

SECRETARIUS in pluribus peccat, & signanter si juramentum violet. Item si secreta revelet. Item si sententiam nondum publicatam manifestet. Item si processus, aut sententiam non recte custodiat, vel partibus sine præscripto Judicis ostendat. Item si testimoniis non fideliter transcribat, sive exaggerando, vel imminuendo, seu immutando aut invertendo. Item si surripiat aliquid ultra conventam mercedem ad compensandum laborem, cui putat non esse æqualem dictam conventam mercedem, præsertim si non interveniam requisite conditiones ad justam compensationem; Communis. Quæ

dato del, porque fuese descuberto; ó ficiere falsehood en su oficio, en qual manera quier á sabiendas, faria traycion conocida porque deben perder los cuerpos, é quanto ovieren: Leg. 2. tit. 7. p. 7. Los secretos é las poridades del Rey debenlas mucho guardar aquellos que las saben. E si aquellos por aventura maliciosamente las descubriesen, farian muy grand falsedad:.

(3) Reg. Provis. 27. Aug. 1767. ibi: Los Secretarios de mis Consejos, despues de la hora regular en que salen de ellos, asistiran en sus Secretarias con la puntualidad que conviene, para oir á las partes en sus dependencias, y que el despacho sea con la mayor brevedad que se pueda, para escusar quejas, atendiendo á los litigantes y pretendientes con toda benignidad y atencion; y no permitirán que en sus Secretarias, con el motivo de entrar á solicitar sus dependencias los